



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 30. S. Eusebii Vercellensis, & S. Hilarii Labores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Hilarius esset tantum Diaconus, nec Presbyteros, aut Episcopos haberet, Evcharistiam consecrare non poterat, nec ex eadem causa Baptismum solemnem conferre, qui, ut consuetudo illius temporis ferebat, absque Evcharistia non conferebatur, multo minus poterat Clericos ordinare; hinc factum, ut ipsius Secta unicum suo auctore interierit.

Sæculum IV.  
A. C. 362.

§. XXX.

*S. Eusebii Vercellensis, & S. Hilarii Labores.*

**S**anctus Eusebius Vercellensis secum in *Basil. ep. 8.* Occidentem duxit Presbyterum *Ruf. I. c. 30.* Pompejani Antiocheni filium, exinde in una hujus Ecclesiæ Sede Paulini Successorem. *Socr. III.* Idem S. Eusebius plurimas *c. 13.* Orientis Provincias peragravit, modicæ fidei Christianos confirmans, rudes informans, & ad Ecclesiæ Catholicæ unitatem reducens; inde in Illyricum transit, & tandem in Italiam, ubi omnium Fidelium *Sulp. Sev. I. 2. p. 433.* applausu exceptus est; ibi S. Hilarium *&c.* Pictaviensem invenit, qui etiam sua ex parte ad revrehendam fidem Catholicam pari zelo, & feliciori successu adlaborabat; in causa reconciliationis eorum, qui formulæ Ariminensi subscriperant, ejusdem, cuius S. Athanasius, erat opinionis, & contra sententiam aliquorum, cum illicis communicare recusantium, omnes voti. *Hist. Eccles. Tom. IV.* G cabat

Sæculum IV. cabat ad pœnitentiam ; hanc ob causam  
 A. C. 362. plura in Galliis celebravit Concilia, atque  
 inter illa Parisiense, de quo locuti sumus,  
 numerari potest. In ipsis Conciliis, quæ  
 Ariminii facta fuerant, damnata sunt, &  
 fides Ecclesiæ puritati pristinæ restituta.  
 Saturninus Arelatensis malignæ, & per-  
 versæ indolis homo piis conatibus adver-  
 sabatur, qui deinde præter hæresis suspi-  
 cionem enormium scelerum convictus, &  
 Ecclesia ejectus est. Paternus Petri-  
 riensis, nec in moribus, nec in fide Satur-  
 nino melior, Episcopatu depositus ; reli-  
 quis omnibus venia concessa ; atque  
 omnes fatebantur, solius S. Hilarii solli-  
 citudine, & industria factum, ut Gallia  
 ab hæresi macula purgaretur.

S. Hilarius ex Gallia migravit in Ita-  
 liam, ubi S. Eusebius Vercellensis eum in-  
 venire gavisus est. Uterque juncta ope-

Ruf. 1. 6. ra pacem reducere conabatur, at uberio-  
 31. res fructus colligebat Hilarius, mitissima  
 ap. 2 Hilar. indole, opinione eruditio, & eloquen-  
 fragm. 12. tiae arte insignis. Tunc Episcopi Italæ  
 n. 3. data ad Illyricos epistola iis redditum ad  
 sanam Doctrinam gratulati sunt ; omnes  
 jam in hoc consensimus, inquietabant : ut  
*Decreta Nicænae Synodi servemus contra*  
*Arium, & Sabellium, quorum ex parte*  
*bæres est Photinus. Unanimi omnium Pro-*  
*vinciarum consensu Decreta Ariminensia,*  
*quorundam privatorum argutiis corrū-*  
*pta*

pta, irritavimus. Subscriptionum nostra- Sæculum IV.  
rum exempla vobis transmittimus, ut, quis- A. C. 362.  
quis pacem nostram cupid, nobis diligen-  
ter formulam suam mittat, qua fidem Ni-  
cænam recipiat, & Concilium Ariminien-  
se damnet. Ex hac epistola dispicere est,  
quam largos fructus S. Eusebii in Illyrico  
labores tulerint, ubi antea sub Photino,  
Germinio, Ursacio, & Valente hæresis  
fuerat dominata.

### §. XXXI.

#### *Martyres in Italia, & in Gallia.*

**M**ulti leguntur in antiquis Martyrolo- **Baron. anna-**  
giis sub Juliano Romæ Martyrium 362. ex Mar-  
passi. Quos inter inveniuntur Joannes, & **tyr. & aet.**  
Paulus, quos præcipuis in aula sub Con- **Mart. Rom.**  
stantino officiis spectabiles fuisse dicunt; **2. Decembr.**  
Pigmenius, Priscus, Joannes, & Januarius **10. Maii.**  
Presbyteri; Bibiana Virgo, Mater ejus **26. Jun.**  
Dafrosa, & Flavianus Pater, qui Præfe- **Am. XXVI.**  
ctus fuisse fertur. Gordianus Præfecti  
Vicarius, & quidam alii. Inter hos illu-  
strissimæ famæ sunt SS. Joannes, & Pau-  
lus. Illud certum est, a Juliano Apro-  
nianum Gentilem, & Christianis infen-  
sissimum anno 363. Romæ Præfectum fu-  
isse constitutum. Is Romam adveniens  
unius oculi jacturam fecit, cumque id sibi  
maleficio accidisse crederet, ad conqui-  
rendos Magos, veneficosque accensus est;  
atqui inter alias criminaciones, quibus

G 2

Chri-